



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1551. usque ad annum 1553

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 90118561

§. 90. Consilia de trucidando Cardinale.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66577](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66577)

turum credebat. Verum ejusmodi con-
 filia finister admodum successus exce-
 pit.

Sæcul. XVI.
 A.C. 1551.

§. XC.

Confilia de trucidando Cardinale.

Cum Martinus, ac Castaldus Bin-
 tium venirent, Marchio nefandi
 sui consilii executionem maturandi ne-
 cessitate urgebatur, eo quod Cardinalis
 eidem significasset, quod evoluto biduo
 Vassraeliū ad comitia contendere co-
 geretur. Hac re percepta, mox Ca-
 staldus datis literis Sfortiæ Pallavicino
 Comiti negotium dabat, ut omni, qua
 posset, celeritate cum Hispanis suis co-
 piis accederet. Hæ ubi advenerant,
 quantocius per civitatis suburbium distri-
 buuntur, interea vero Marchio Palla-
 vicino Ferdinandi mandata de trucidan-
 do Cardinale communicat, eique hæc
 exponit: „perspecta mihi est tua fides,
 „animique fortitudo, ego tamen ipse
 „hujus consilii executioni præsto ero,
 Pallavicinus arcanum adeo negotium
 suæ fidei committi gavisus suam operam
 etiam cum propriæ vitæ dispendio se
 locaturum spondet, sibi que quatuor
 socios adjungi postulat, quos Castal-
 dus omnes natione Italos nempe Pia-
 centinum, Moninum, Campegiū E-
 quitem, & Scaramanciam selegerat. Præ-
 ter

Thuan. l. 6.

Sæcul. XVI.
A.C. 1551.

ter quatuor hosce Belliduces in opem quoque accersivit Andream Lopeziun Hispanæ cohortis Tribunum, quem rogabat, ut quatuor suæ centuriæ milites ad quævis audenda magis proclives adduceret, qui iussu ipsis danda intrepide exequi parati essent, vel si id minus placeret, viginti quatuor selectiores sclopetarios Cardinalis familiaribus minus cognitos adesse juberet, ut hi altera die maxima, qua possent, dexteritate arcem ingrederentur, & seni, ac seni quatuor turres occuparent.

Erat illa nox, quæ cædis iussu sequebatur, admodum procellosa, atque ipsemet insolitus ventorum fragor, horridique imbres funestum Cardinalis casum haud dubie portendere videbantur, aut certe hæc eadem aeris inclementia in causa fuit, ut Martinusii satellites, cum propter frigoris violentiam ad ignem clausis foribus sederent, conjuratorum molimina non animadverterent. Altera die, sereniore adspirante aura, summo mane arcis portæ aperiebantur, cumque in atrio famuli omnes curribus ad operas parandis, jungendisque equis intenti essent, Lopezius nullo prohibente suos viginti quatuor Sclopetarios, qui Turcarum more vestiti longis, largisque talaribus suis arma occultabant, introducit, illosque nemine profus

sus obnitente in quatuor arcis turribus collocat: Castaldus vero re comperta confestim unacum Pallavicino, quatuor Italis Tribunis, ac totidem Hispanis militibus eo contendit. Porro Marcus Antonius Ferrarius, qui Marchioni Castaldo ab epistolis erat, jam ab aliquo tempore tanta cum Cardinale utebatur familiaritate, ut illum ad ejus cubiculum quavis hora admittere Satellites juberentur. Ergo Ferrarius literas veluti Cardinalis chirographo signandas deferens cubile Cardinalis ingreditur, quem jamjam e lecto sublatum horarias preces recitantem invenerat.

§. XCI.

Martinus Cardinalis in suo cubiculo trucidatus.

Cum Ferrarius Cardinalem proximius accederet, eique literas quasdam subscribendas traderet, mox significabat, quod Pallavicinus Marchio Vienne profecturus Cardinalem salutatum adesset, suaque offerret obsequia, si forte quædam Ferdinando Regi nuntianda haberet. His dictis Cardinalis traditas perlegit literas, arreptoque calamo, ac corpore ad mensam inclinato nomen suum apponere parat, cum ecce! Ferrarius raptum e vagina pugn-

nem